



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

Bacon, Francis

Francofvrti ad Moenvm, 1665

Illustrissimo, & Excellentissimo Principi, Carolo, Serenissimi Regis Jacobi
Filio, & Hæredi.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5

Illustrissimo, & Excellentissimo Principi,

CAROLO,

Serenissimi Regis

JACOBI

Filio, & Hæredi.

Illustrissime, & Excellentissime Princeps,

PRIMITIAS *Historia* nostræ *Naturalis* Celsitudini tuæ humillime offero. Rem mole perpusillam, veluti *Granum Sinapis*: Sed tamen pignus eorum, quæ Deo volente sequentur. Obstrinximus enim nos ipsos tanquam voto, singulis nos mensibus, ad quos Dei bonitas (cujus agitur Gloria tanquam in Cantico novo) vitam nostram produxerit, unam, aut plures ejus partes, prout fuerint magis aut minus arduæ, aut copiosæ, confecturos, & edituros. Moti etiam fortasse erunt alii, nostro exemplo, ad similem industriam: præsertim postquam penitus perspexerint, quid agatur. Nam in *Historia Naturali* bona, & bene instituta, claves sunt & Scientiarum, & Operum. Deus Celsitudinem tuam diu fervet incolumem.

Celsitudinis tuæ Servus

humilis & devotus

FR. SE. ALBAN.

TITULI

Historiarum & Inquisitionum in primos sex menses
destinatarum.

Historia Ventorum.

Historia Densæ & Raræ, nec-non Coctionis, & Expansionis Materie per spatia.

Historia Gravis & Levis.

Historia Sympathie, & Antipathie Rerum.

Historia Sulphuris, Mercurij, & Salis.

Historia Vitæ & Mortis.



HISTORIA